



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ioannis Tollenarii Brvgensis e Soc. Iesv Specvlvm
Vanitatis Sive Ecclesiastes Solvta Ligataq. Oratione
Dilvcidatvs**

Tollenaer, Jean de

Antverpiæ, 1635

Metrica Paraphrasis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68633)

METRICA PARAPHRASIS.

IAM sat fluctuagâ trabe
 Iactamur tumidi gurgite Nerei :
 Sat ventos sequimur, quibus
 Distendunt cupidi lintea, & improba
 Mundus velificat spei.
 Iam portum trepida respiciant rates,
 Ne ventosior alite
 Vento detineat carbasa Vanitas.
 Ergo post freta turbida
 Dum portum inuehimur, quisquis es, vltimo
 Mentem aduerte ceueumati.
 Hoc vnum recolens cuncta recolliges.
 Æternum venerans time
 Numen, quo soboles corde solet patrem :
 Huius nutibus obuius
 Exhauri imperia. Hæc summa homini salus,
 Hic vitæ instabilis scopus :
 Omne huc principium, atque huc refer exitum.
 Nam quidquid soboles Rheæ,
 Lucis dum fruitur munere, perpetrat,
 Qui terram tonitru quatit,
 Expendet rigido iudicio arbiter,
 Albo atrôve notans (licet
 Conspectum fugiant) singula calculo.
 Felix quem Superum metus
 Virtutum innocuis compedibus ligat.

PROSA